

J. GOTHOFREDI
MANUALE JURIS,

SEU

PARVA JURIS MYSTERIA;

ubi quatuor sequentia continentur.

JURIS CIVILIS ROMANI


I. HISTORIA.

II. BIBLIOTHECA.

III. FLORILEGIUM Sententiarum Juris,
Politigarum, & communium Notionum,
ex Corpore Justinianeo desumptarum.

IV. SERIES Librorum & Titulorum in
Digestis & in CODICE.


Undecima EDITIO, antior & accuratior.




GENEVÆ.

Sumptibus GABRIELIS DE TOURNÉE
ET FILIORUM.

M. DCC. XXVI.




Illustrissimo VIRO
D. BASILIO
VICECOMITI FILDING,
et
JACOBUS GOTHOREDUS.



LAGITABAS à me , cùm-
te unà cum spectatæ erudi-
tionis , judiciique Viro D.
ROBERTO MASSONO ,
hac in Urbe familiariter ute-
ter , & deinceps per literas Lutetiâ , illâ
Virorum doctissimorum vaginâ , prescri-
ptas , quânam viâ Juris Civilis studium ,
quod utique *Politicum* nôras rectè ingredi ,
mox ubi ad rerum actum olim ventum fo-
ret , peritiam ejus , eâmque haud vulgarem ,
præflare liceret . Nam & cò quoque pro-
gressa est insignis illa naturæ tuæ bonitas ,
summaque ingenii felicitas , ut cùm cætera



HISTORIA, s e u PROGRESSUS Juris Civilis Romani.



JURISPRUDENTIAE
Romanae (quæ sese apud
omnes penè gentes, quâ
Europa porrigitur, ceu
fontem boni & æqui, jam
dudum commendavit) operaturo, ante
omnia ejus initia, & processum, ita
quibusnam carceribus ad quas metas, per
quos paulatim gradus & trainites decur-
serit, servatâ temporum lege, nosse oportet;
quod Pomponius in *l. 2. ff. de orig. Jur.*
attigit magis quam exposuit. Duplici fine;
ut ita nempe juris studiosus noverit, ex
quibus Juris partibus & ex quorum scrip-
tis coaluerit, seu coagmentatum sit cor-

sequaces reperiuntur. Quin immo refri-
xile haec dissidia vero verius est, saltem in
apertum dissidium res non erupit. Exinde
quippe certatim orti erescundi medi iC.
neque in cujusquam jurare verba Magi-
stri parati. Et si stetisse controversias ali-
quas nihilominus verum est: quae deci-
sionibus Principum postea, & in his Justi-
niani tandem soperæ. Et haerent quoque
etiamnum quicquid tandem egerit Tribu-
nianus, hujus dissensionis reliquæ, quæ
tot idem ~~maritimus~~ nobis producunt, qui-
bus componendis, multum interest scire
quis cui sectæ fuerit additus.

*Scripta veterum Jurisconsultorum, quo-
rum Indicem præferunt Pandectæ Floren-
tinæ, præferunt legum, ex quibus Pandec-
tæ concinnatæ sunt, inscriptiones, ad hæc
summa genera refero. Vel enim in prag-
maticis, seu practicis versati sunt [quo
pertinent libri Quæstionum, Responso-
rum, Epistolarum, Decretorum, Constitu-
tionum, Digestorum.] vel versati sunt in
πολιτεύμαστι seu ἐργαγέμαστι, i. in officiis
magistratum describendis ; [hinc tot
iCtorum libri de hujus vel illius Magi-
stratus officio.] Vel denique in Theoreti-*